



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Formpachense monasterium, vulgò Formpach, in Bauaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

tatio contra Iudæum, Homilia de Villico, Liber vnausde originali peccato, & alias de blasphemia in Spiritum sanctum, quem interrogationi meæ dignatus est respondere, meoque nomini consecrare.

*Commentarius arius porrò in Canonem Missæ scriptus est ad Vnuolbodonem monachum Affligemensem, vnum è sex illis primis militibus, qui cœnobij Affligemensis fundamenta iecerunt.*

## CAPVT LXXIV.

*Formpachense monasterium, vulgò Formpach, in Bauaria.*

1094.

**D**E fundatione istius monasterij scribit Auentinus, quod omnino non conuenit cum infra scriptis monumentis & confirmatione Lotharij Imperatoris, ex quibus, quomodo se res habeat, certius comprobatur. *Incipit commemoratio traditionum cœnobij siue monasterij S. Mariae, quod est ad Formpach. Ego Berengerus, Formpachensis cœnobij primus non meis meritis Abbas, & hi, qui mecum congregati sunt fratres, animaduertimus, alterne charitatis & debitæ esse retributionis illos describi, qui primum, & qui deinceps sua hereditatis heredem fecerunt Ecclesiam nostram, qua est ad Forempach consecrata in honore S. Dei Genitricis Mariae, pariterque loca, à quibus & quomodo ad hanc*

tradita sint, adnotari, ut notitiam illorum, quae tradiderunt, successoribus nostris relinquimus, & per hanc memoria eorum nominatim fiat & longa. Tradidit namque in primis Domina Himmelrud, venerabilis matrona, ad eandem Ecclesiam, cum manu Aduocati sui, in usus ibidem Deo seruientium, haec suæ proprietatis loca, quæ hic sunt nominata, villam scilicet Themnaten, Vvinehartesheimin, Mackingen, Hartheim, Rischermin, Minicheimin. Accepit quidem ea ipsa materfamilias Thiemonem Comitem in Aduocatum sibi, etiam dictæ Ecclesie, & his omnibus, qui vel quæ ad hanc pertinent; earatione & complacitatione, ut nunc post illum eiusdem aduocationis curam & regimen susciperet, qui in filijs eius primus esset & ate, & sic simili modo de filijs in filios suæ posteritatis huius tutelæ procuratio transiret, quatenus è pro-pensiōri cura susceptis in patrocinatum patroci-naretur, quo se vicem & locum patris, auti, etiam proauī procurare sciret: postea Eckpertus Co-mes quarto loco à prænominato auo Thiemone eiusdem procurationis debitor effectus, consilium habuit cum Abbatibus, cū Marchionibus, & alijs honestoribus religiosis viris religionis, & maxi-mè cū Episcopo Pataviensi Vdalrico, & ex fiducia & auctoritate consilij eorum, congregatis, in eodem loco Formpach monachis, effecit Abbatem Bern-geram, monachum expertum atque probatum,

quem

quem Episcopus Patauiensis ille, qui supra, anno  
Incarnationis Dominicæ 1094. inductione se-  
cunda, 16. Calend. Ianuarij, Abbatem conse-  
crauit, & faciens sermonem pro eo ad populum,  
enunciauit ea, quæ ipse Aduocatus Eckpertus, &  
cunctus qui aderat populus collaudauit, videlicet,  
vt ea ipsa Abbatia ad Formpach sit libera, &  
monachi illi post mortem Abbatis sui liberam po-  
testatem habeant ad eligendum sibi Abbatem,  
vnde cumque huic nomini idoneum inuenire pos-  
sint, siue in suo siue in alio vicino, seu longinquo  
monasterio, & is qui electus fuerit, ad designatio-  
nem suæ electionis baculum ab altare sui mona-  
sterij sumat, & si forte monachi illi in electione  
dissentiant, tunc adueniens Episcopus Patauien-  
sis, cum Aduocato ipsorum eos suis exhortatio-  
nibus coadiuuet, & vt mediator senioris partis  
sententiam tenere persuadeat; moxq; idem Præ-  
fus hæc ita suo decreto cum clericis & Abbatib;  
qui presto erant, stabiliuit, & Episcopali  
banno confirmauit. Aliunde hæc firmari non e-  
rat propter schismata & dissensiones, qua tunc  
temporis in sede Romana erant, & in regno.

1094.

Burrhonium siue Burrhense monasterium,  
in d. Constancensi.

**M**onasterium istud situm est in Ducatu  
Vvirtembergensi, secundo lapide ab

X 3

Vlma